

dientiarum, in quibus officio Senatoris fungendo per plures annos federat, & hæc ignorare non poterat, sicut neque specialem prohibitionem Provinciae in qua presidebat per quinquennium, & omnibus notum esse apparebat, Text. in d. regula, §. sed facta, de quo videndi Solorcan. dict. tom. 2. lib. 2. cap. 7. n. 45. Xamat. de off. jud. part. 1. q. 17. num. 29. Giurba consil. 38. num. 24. & Dominus Crespi obseruat. 10. num. 66. cum sequentibus.

87 Ex his omnibus condemnatus Praeses fuit ad pœnam privationis officii, & cuiuslibet alterius administrationis iuritiae, exiliæ à Novo Orbe, & viginti mille nummorum uncialium argenti, & acta tradi Fisci jussum, ad petendum quod sibi convenire fenserit, respectu extortionum Indis factarum, sententia diei 31. Maii 1670.

88 Supplicationem interposuit cuius causa dum hæc scribebantur pendebat. Sed quia promotus fui ad supremum Aragonum Senatum, intervenire non potui in decisione illius, non pudet fundamenta suffragii per me præstati in publicum edere, & tandem sententia confirmata fuit.

### CONTROVERSIA LXXVII.

De Prefecto stipendia militum praesidiorum interverteente, & ad proprios usus applicante.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Facti species enarratur.
- 2 Epistola probant contra scribentem proximum delictum.
- 3 Absente reo iniurit ad pœnam corporalem imponendam proceditur.
- 4 Absens per contumaciam processum audiendus post condemnationem intra annum quoad omnes penas, post annum quoad corporales, ibid.
- 5 Peculatus pœna que sit.
- 6 In judices & Magistratus extenditur usque ad capitalem.
- 7 Quæ de morte naturali intelligenda est.
- 8 Text. in leg. i. Codic. Thodos. ad

legem Jul. peculatus expeditur.

9. Peculatus crimen gravius in judice, Magistratus.

10 Magistratus cuius periculo tradita est pecunia, tenetur Iulia lege de resibus.

11 Iudices suo periculo fiscales pecunias non suscipiunt.

12 Iudices qui suo periculo, non suscipiunt pecunias fisci, peculatus, non de resibus tenentur.

13 Officiales Regii (sic nuncupantur) in novo Orbe, pecunias fisci suo periculo suscipiunt, & administrant non judices, neque Prefecti.

14 Magistratus, qui suo periculo administrat pecunias fisci, si durante officio in usus proprios convertit, peculatus tenetur.

15 Repetundarum crimen committit, etiam Prefectus in suis usus convertens stipendia militum.

16 Repetundarum crimen est in judice quilibet questus, à subditis extortus.

17 Provinciales iacturam patiuntur, si stipendia militibus anferantur.

18 Prefectus non solum dare disciplinans militibus tenetur, sed observantiam illius docere.

19 Text. in l. officium 12. ff. de te milit. expeditur.

20 Milites sine stipendiis subsistere non valent.

21 Milites jejuni disciplinam non observant.

22 Milia plurima orientur in militia ex defectu necessiorum.

23 Malus eventus imputatur duci, sive Prefecto.

24 Virtus comburendus Miles, qui hostibus depredandi provinciam facultatem præbet.

25 Quod patratur ab eo qui custodiā Arcis, vel limitis derelinquit.

26 Sive ex perfidia, vel avaritia, vel regnandi cupiditate procedere potest.

27 Perduellionis reus fit arcis custodiā dereliquens.

28 Et lese Majestatis crimen incurrit.

29 Crimina militaria aggravantur ex qualitate persone.

30 Princeps an sine causa cognitione possit revocare officium ad nutum voluntatis

### Controversia LXXVII.

547

gesimo sexto. Et quamvis deficeret recognitio scribentis, aderat recipientis cum notissima comprobatione manus aliquip adminiculis. Quæ sufficeret videbantur, dum de imponenda pœna corporali non ageretur; quia reo absente, & inaudito, ad impositionem similes pœnas devenerit non potest, nisi consumacialis processus legitimè formetur; & adhuc eo formatò, si intra annum compareat, vel capiatur, plenè audiendus est, quoad omnes pœnas; & post annum, quoad corporales, per Textum in lege tertia, titulo decimo, libro quarto, recopiliantur, ubi Doctores Hispani, signanter Azevedo, numero centesimo vigesimo quarto, cum sequentibus, & hoc jure utimur.

Ex facto deducto quinque crimina enormia patrasse Praefectum comprehendebatur. Peculatus, de residuis repetundarum, militare, & Majestatis. Peculatus crimen in quantum pecunias publicas sive fisci, in suis usus convertere jussat, per Textum in lege prima, & lege tertia, Digest. ad legem Julianam peculari. Ibi: legi Juliani peculatus caverit, Ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicâ auferat, néve intercipiat, néve in rem suam vertat, docent Julius Clarus, §. fin. questione sexagesima octava, numero trigessimo, & ibi Batiardus numero septuagesimo sexto, Tiberius Decianus libro octavo, tractatu criminali, capite vigesimo nono, cum sequentibus, Fabriciana questione centesima septuagesima prima, ex numero secundo, Caballus causa nonagesimo nono, ex numero quarto, Petrus Gregorius libro trigesimo tertio, syntagmat. jur. capite decimo nono, & vigesimo, Antonius Matthaeus de criminib. libro quadragesimo octavo, Digest. titulo decimo, capite primo, ex numero secundo, Matthias Berlichius tam quinto, practicabil. conclusion. quinquagesima septima, ex numero primo, & Benedictus Carpov. in practica criminali parte secundi, questione octogesima quinta, numero quarto, Pœna hujus criminis in privato, fuit aquæ, & ignis interdictio, sive deportatio, cum amissione status, & bonorum, ut habeatur in dicta lege tertia, & omnes Doctores superius relati testantur; & cum hodie neque aquæ, & ignis interdictio, neque deportatio, in usu iudiciorum sit, succedit pœna arbitriaria juxta personæ, & facti qualitates. Sed in

z z 4 juli

luntatis.

31 Negativa opinio procedit, si officium concedatur ab inferiore, affirmativa si à Principe superiori non recognoscere.

32 Text. in lege solet 6. §. 1. Digest. de officio Proconsul. expeditur.

33 In criminibus militaribus hac absque dubio procedunt.

34 Periculum imminentis ante omnia est arandum.

35 Intior pars est eligenda, dum salus publica periclitatur.

36 Decisio Senatus.

D Senatum Novi Orbis delatax fuerunt querelæ militum Presidianorum cuiusdam insule Occani Indi Meridionalis, contra Praefectum ipsum, cui militaris, atque politica potestas concessa erat: ex eo quod consobrinum miserat ad Metropolim, ut subsidium militare exigetur (situdo apud nos dicitur) ex quo stipendia militum solvenda erant ab arcariis. Is enim iussu Praefecti cum pecunia ad hæc Regna convolaverat, ut in usus Praefecti converteret, militibus fame, nuditate, atque rerum omnium incipia laborantibus. Adminiculabatur eorum instantia ex actis alterius cause; & cum consobrinus per hanc Curiam incederet, Aulas, Senatus frequentando, mihi commissum fuit examen documentorum, qua verosimiliter apud ipsum extabant. Habitaculo ipsius perquisito diligenter, apprehensa fuerunt plures epistole Praefecti, quibus consobrino mandabat subsidii pecuniam ad Hispaniam deferre, & in rebus ad eum spectantibus impendere. Recognitis à consobrino his epistolis, aliisque scriptis, ut latè ostendit, rebus dubitabatur in Senatu quid statuendum esset in Praefectum.

2 De probatione facti nemo ex Dominis dubitabat, quia nequitia expressè continebatur in epistolis manu Praefecti scriptis, & subsignatis: manus namque notissima erat, cum quibus congruebat recognitio ejus ad quem scriptæ reperiebantur. Licet enim scripta private essent, haec plenè probant contra scribentem, ut latè ostendit remanet supra controversia vigesima octava, ex numero vi-

judicibus ceterisque Magistratibus pena capitalis imposta reperitur ex Textu in lege unica, Codice hoc titulo. Absque eo quod dubitari queat, an de morte naturali, vel civili, haec dispositio interpretanda sit: quia si per dictam legem unica, in Magistratu aggraveretur, pena dicti legi 3. qua est, mortis civilis, clare sequitur de morte naturali locutos fuisse Imperatores. Quod confirmatur ex celebri rescripto eorumdem Theodos, Arcadii & Honori in lege prima, Codic. Theod. eod. tit. ibi: Pridem fuerat constitutum ut hi iudices, qui peculatus Provincias quassavissent, multe dispendio subjacerent: sed quoniam, nec condigna criminis ultio est, nec par pena peccato, placuit tam severam animadversioni esse censuram, ut cum vix par pena his posset flagitiis inventari, neque condignis tantum nefas cruciatibus expiare, capitale hoc esse precipiamus, atque severissima animadversione coerceri: Hanc distinctionem admittunt communiter Doctores, ex eo quod gravius crimen committant hi, ad quos observantia legum, mortuunque disciplina commissa est, ut tam iudices, & Magistratus qui Reipublicae prae sunt, quam privatae, qui auctoritate invalidi haec committere facile non possunt; & si committant, parum exemplo nocent, sic Julius Clarias dicto numero trigesimo, Baiardus ad eum, numero octogesimo, Bossius titulo de furtis, numero quadragesimo primo, Joannes Faber, in §. item lex Julia peculatus, institut. de public. judic. Tiberius Decianus dicto capite trigesimo, numero sexto, Caballus dicto capite nonagesimo nono, numero quarto. Farinacius dicta questione centesima septuagesima prima, numero decimo quarto, & quadragesimo quinto, Antonius Matthaeus dicto capite secundo, numero secundo, Berlichius dicta conclusione quinquagesima septima, numero nono, qui alios laudant.

Neque his obstat potest doctrina Farinacii dicta questione centesima septuagesima prima, numero quinquagesimo septimo, & aliorum, quos citat Carpzov, dicta questione octogesima quinta, numero octavo, cum sequentibus, quatenus tenent, quod officialis pecuniam administrans non tenet pro consumptis, criminis peculatus, sed de residuis; quia hoc procedit in officiali pecuniam administrante, si ejus periculo pecunia sit, ut Thesaurarius, arcarius, depositarius,

& similes, quibus, datis fideiustoribus, pecunia fiscalis traditur; isti enim pro consumptis lege Julia de residuis tenentur. At vero pecuniam non recipientes, sed latè modo administrantes iure superioritatis, ut Prorege, Judices, Praefecti, peculatus lege tenentur. Text. in leg. sacrilegi nona, §. primo, Digest. ad legem Julianam peculatus. ibi: non ab eo factum periculum fuit, eleganter Antonius Matthaeus dicto capite primo, numero septimo ad finem, Berlichius dicto numero nono. Hanc eandem distinctionem fecisse jus Hispanum videtur in lege decima octava, titulo decimo quarto, partita septima, ibi: o official del Rey, que tubiesse del algun tesoro en guarda, o que oviese de recabdar sus pechos, o sus derechos, e le furtare, e le encubrirete dellos a sabendas: o el jndgador que furtasse los maravedis del Rey, o de algan consejo mienras estubiere en el officio: ubi Dominus Gregorius Lopez glossa undecima, & in lege prima, titulo decimo septimo, partita secunda, glossa undecima, ( licet verum sit, quod in utroque casu pena eadem à lege nostra imposita est.) Cùm autem Praefectus, de quo agimus, non suo periculo pecunias fisci administraret, quia in hoc toto Novo Orbe spectat ad officiales regios, ut latè tradit Dominus Soloraganus de Indianorum gubernat. tomo secundo, libro quinto, capite primo, numero centesimo decimo nono, qui numero centesimo trigesimo, hos teneri de residuis, probat, clatè sequitur, Praefectum lege Julia peculatus teneri, ut probatum remaneat. Quibus addi potest, quod ipse Farinacius, cum aliis per eum allat. dicta questione centesima septuagesima prima, numero sexagesimo tertio, notat, etiam eum, qui suo periculo res fisci administrat, si durante officio in suos usus convertere probetur, teneri lege peculatus, quia crimen de residuis committitur finito officio, dum reliquatum tetterit, & in suos usus consumit, ut ipsa nominis significatio declarat. Vel si ex eo quod consobrinum mitti curaverat, suo periculo fecisse dicas, pena de residuis similis est pena peculatus, de jure Hispano, ut dixi supra numero duodecimo, ex dicta lege decima octava, titulo decimo quarto, partita septima.

Repetundarum crimen commissum fuisse apparebat ex eo, quod Praefectus, iudex ordinarius erat totius Insulae, & quoties is in praetudicium subditorum aliquid

aliquid intercipit, lege Julia repetundarum tenetur, ut doctè probat Jacobus Gothofredus in dicta lege prima, Codice Theodos. ad legem Julianam peculatus, ea nempe ratione, quod repetundarum crimen in Judice est omnis coniectatio, interceptio, vel rapina, quod ostendit Textus 16 in lege quinta, Cod. Theod. ad leg. Jul. repetundarum. ibi: parem capitis atque vita, qua peculatus res conseruit involvere cogestur subire jacturam Nec relevat dicere, quod ipse à subditis nihil receperat, vel abstulerat, nam necessaria militibus auferendo, subditos gravabat, in quorum damnum omnia evidenter redundabant. Prudente Cassiodorus libro nono variarium, epistola decima tercia, ibi: Provinciales dannos plurimos ingravatos, quod credimus, mollementorum parvitate nutritum. Quia sub quadam excusatione pectare creditur, cui necessaria non præbentur, Certissimum namque est, milites subdido destitutos, vietum ex rapinis, provincialibus factis, quæstus, quia omnia dat qui justa negat, ut ex Lucano probat Grotius de jure Bell. libro decimo tertio, capite undecimo, ubi plura in notis, & parum refert an quis dampnum inferat, an vero damni occasionem præbeat, Text. in lege ante, §. si cum seruum ss. de vi honor. raptor. cum alias plurimis adductis per Barbosam axiomat. 63. numero 1.

Militate crimen aderat, ex eo quod Praefectus constitutus erat tam ad militaria, quam ad politica; & ratione munieris suscepit disciplinam militarem Praefidianis dare, & de illius observantia summe curare, Text. in lege officiaria 12. ff. de re milit. ibi: officium regens exercitus non tantum in danda, sed etiam in observantia disciplina consistit. Milites enim sine stipendiis subsistere nequeunt. Tacit. libro secundo histor. ibi neque arma sine stipendiis. Dissipantur enim, viliscunt, atque hostiliter enerves exponuntur, adeo ut Tacitus ibid. dixerit. Nec in victoria decus, nec in fuga flagitium, & ibi: nomes magis exercitus quam robur. & Dancus, in Polyb. lib. 5. numero 21. ibi: nisi stipendia militibus persolvantur, statim illi dilabuntur, atque propterea patet facilis legio hosti. Si hæc ita se habent, quomodo disciplinam præbuisse, vel ejus observantiam docuisse dicetur? quando neque obedientiam retineri posse conspicitur?

Beng ad rem Cassiodor. lib. 4. variarum epist. 13. dicens: disciplinam servare non potest jejunus exercitus, & Broxius in notib. Vincitur sine ferro, & in eo culpare bodiernam incuriam non possumus, cum seru mendicitas ad omnem desperationem vocat<sup>21</sup> armatos: si hæc enim quando Princeps subvenire milites nequit, evenisse comprehendimus, quid quando milites aperte sciunt Principem subsidia præbuisse, & à duce fuisse intercepta? Hinc namque, provinciarum vastationes proveniunt, oppidanorum violentia, ipsorum militum seditiones, desertiones, & alia quamplurima mala, ut ex Vegetio lib. 4. de re milit. cap. 5. probant Simancas de republ. libro nono, capite decimo septimo, numero vigesimo cum sequentibus, Don Bernard, de Mendoza in theor. & pract. belli, folio undecimo, Bobadilla libro quarti politici, capite secundo, numero vigesimo tertio, March. de Aytona in discurs. milit. punt. 1. Et cum malus eventus, praesertim in rebus bellicis, Duci, seu Superiori imputandus sit, ut probat Text. in lege nona ad finem, titulo vigesimo tertio, partita secunda, ibi: e si alguna cosa por el menguasse el yerro, e el daño, que por ende viniese, toda la culpa seria suya, emerece tal pena, como el mal quellos omes recibiesen, notat Bobadilla dicto capite secundo, numero nono. Quæ adeo vera lunt, ut vivus comburendus sit, qui hostibus deprædandi provinciam facultatem præberet, Text. in lege si quis 9. Codic. de re milit. libro duodecimo, & in lege prima. Cod. Theod. eodem titulo. Quæ dispositio locum habet ex eo solum, quod derelicta limitis provincie, five castris custodia sit: ut teneat Petr. Caball. cas. 294. num. 235. & Jacob Gothof. in d. L. I. C. Theod. de re milit. 19 etiam in observantia disciplina consistit. Milites enim sine stipendiis subsistere nequeunt. Tacit. libro secundo histor. ibi neque arma sine stipendiis. Dissipantur enim, viliscunt, atque hostiliter enerves exponuntur, adeo ut Tacitus ibid. dixerit. Nec in victoria decus, nec in fuga flagitium, & ibi: nomes magis exercitus quam robur. & Dancus, in Polyb. lib. 5. numero 21. ibi: nisi stipendia militibus persolvantur, statim illi dilabuntur, atque propterea patet facilis legio hosti. Si hæc ita se habent, quomodo disciplinam præbuisse, vel ejus observantiam docuisse dicetur? quando neque obedientiam retineri posse conspicitur?

Hæc omnia lege Hispana comprobabantur per Textum in lege prima, titulo decimo octavo, partita 2. sub his verbis, ca eos son tenucos mas que todos los otros de guardarlo, teniendo los bascidos de Omes, de armas e de todas las otras cosas, que les fuere menester, de manera que por su culpa non se puedan perder. Cujus quidem criminis ipse Textus qualitatem explicat paulò post ibi:

ibi: *fara traicione conicida*, ubi Gregorius Loper gloss. 11. Antonius Matthaeus libro quadragesimo octavo, Digest. titulo secundo, capite secundo, numero decimo. Quia sub lege Julia Majestatis comprehenditur arcem amittere, vel eam evidenti periculo amittendi exponere, per Textum *in lege tertia*, §. primo, Digest. ad legem Julian Majestatis. Idem enim est arcem perdere, ac militares Praesidianos, in quibus defensio consistit, fame, nuditate, omniumque rerum egestate dissipare; sic tenet Ayala de jure bell. libro tertio, capite decimo octavo, Caballus dicto casu 294. numero 131. Antonius Matthaeus dicto capite secundo, numero decimo quinto. Et cum crimina militum aggraventur secundum qualitatem per sona peccantia, Text. in lege secunda ad finem, Digest. de re milit. ibi: & augetur, ut in ceteris delictis, dignitate, gradu, specie militiae. Dum ducis generalis vicibus fungeretur Praefectus, & in hac calamita tempestate ignorare non posset in confusis tot armis eversis, tot insulis vastatas, totque populos direptos, cum lamentabilis strage oppidanorum, ita ut hostium vigilancia, & crudelitas, neque sacris, neque profanis paret, improvisis incursionibus; fatendum est enormiter delinquisse, subsidia militum intercipiendo, & ad proprios usus applicando; quando necessitate muneric sibi concretidi tenebatur omnia parata habere ad debitem resistendum cuiuscumque hostilitati.

His positis, licet valde controvsersum sit per Doctores, an Princeps absque causa cognitione possit amovere Magistratum, cui officium concessit ad nutum voluntatis, cum illa nempe clausula, *mota & libera voluntate durante*, ut in Regniss nostris Aragonum corona sit, vel ut in munericis Novi Orbis: per triennium, vel magis, vel minus iuxta voluntatem. De qua questione negativam partem tuerunt plures adducti per Dominum Franciscum Amaya in lege tertia, Codic. de coan. largit. libro decimo, numero vigesimo, & affirmativam plures laudati per Mastrillum de Magistrat. libro primo, capite vigesimo septimo per totum, Larrea allegatione fiscal. septima, numero nono, & Domin. Crespi observatione septima, ex numero primo. Fodere distinctionis concordati has

opiniones posse arbitror: nam opinio Amaya, & sequacium procedit ab eo qui superiore habet, ut Episcopus, Dominus oppidorum & similes: nam si non possunt semel electum ab officio removere, absque causa legitima cognitione. At Princeps superiorem non recognoscens, de plenitude potestatis posse absque causa solemnis cognitione, dicendum est, juxta doctrinam Mastrilli, & aliorum. Quid mihi probat Text. in lege soler 6. §. primo, Digest. de officio Proconsul. ibi Adimere mandatum jurisdictionem licet quidem Proconsul. Non autem debet inconsulto Principe hoc facere. Quibus verbis clarè Ulrianus docet, quod summo jure inspecto Proconsuli licuit, dum superiorem Principem non habebat, mandatam jurisdictionem adimere: Sed postquam omnis potestas in Principem translata fuit, eo inconsulto hoc facere non debet; quia adimere officia semel concessa, de regibus Principis, non recognoscens superiorem est.

Si enim ista potestas jute ordinatio residet in Principe, ea maximè ut debet in rebus bellicis, quæ statuta non habent, ut dixit Fam. Strada de bello Belgic. libro primo. Nam ut Maximus scitè dixit, libro quinto, capite secundo, *inter armorum strepitum verba juris civili exaudiri non possunt*, propter periculum imminens, quod semper urget; præsternit in illis longinquis regionibus, in quibus nisi providentia magna celeritate adhibetur, omnia periire est facillimum, & plerumque, ut dicit Tacitus libro tertio historiar. ex distantibus terrarum spatiis, consilia post res afferebantur. Si enim causa justa adest, ut in praesenti, non debet spectari procedendi motosa forma cum eo, qui in remotissimis regionibus degit, quia dum agitur de fulminando processu, hostes possunt provinciam indefensam evertere, populos quassare, insulam universam dominari. Et cum facilius sit Praefectum ad pristinum statum restituere, si eo auditio innocens appareat, quam inflatum desperitam recuperare, melius visum fuit in tempus occurrere, quam post illatum damnum remedium querere, Text. in leg. fin. ad finem, C. in quib. caus. rest. in integ. non est necessaria distinctionis concordati has

cum

cum aliis adductis per Barbosam axiom. 146. num. 1. quod Politicorum calculo roboratur, pluribus Solorcan. emblem. regiopolit. 74. numero 40. cum sequentibus. Et sic Senatus censuit, Principem consulendum esse, quod Praefecto amoto, alius mitteretur, syndicatus judicio in eum decreto ut plenè audiri posset, & sic Princeps fieri jussit.



## CONTROVERSIA LXXVIII.

De judeice laico procedente contra reum qui immunitate Ecclesia iurari intendit, in casu quo gaudere non potest, per notorietaatem juris, vel facti: & de remedio Auxili. Regis contra Ecclesiasticum violenter procedentem, vel absque jurisdictione.

## SUMMARIUM.

- 1 Regis officium est liberare vi oppressos, de manu calumnianum.
- 2 Juris divini, aq[ue] Canonici testimonitis corroboratur.
- 3 Quod extenditur ad negotia Ecclesiastica.
- 4 Sub obligatione reddendi rationem Reges tenentur subvenire vi oppressis.
- 5 Non repellens injuriam, si posse, reus est sicut ipse qui facit.
- 6 Rex non uitetur jurisdictione dum subvenire vi oppressis, sed de facto vim excludit.
- 7 Vim vi repellere licet, de jure natura, præconigno per jus civile, & canonicum.
- 8 Vis fieri potest, ut quotidie sit, in judiciis.
- 9 Violentia exclusio de jure civili, ad superemos Magistratus pertinebat.
- 10 Regum obligatio, quoad tutamen subditorum, ex lege antiquiori Hispaniae.
- 11 Regum munus, quo ad hec, de jure partitarum.
- 12 Lex 4. styl. ad idem expenditur.
- 13 Rex Joannes Castella I. idem lege sanxit.
- 14 Piusissimus Carolus V. hec omnia explicavit, non per modum legis statuendo
- 15 contra Ecclesia iura, sed attempando juris naturalis, & consuetudinis dispositionem, vel observansiam.
- 16 Reges derivant potestatem à Deo, non à populo.
- 17 Continguit observata ab initio missensis promulgationis immunitatis.
- 18 Immunitatis Ecclesiarum origo, & progressus remisive.
- 19 Constantinus Magnus immunitatis observantiam executioni deduxit, & ab eo tempore consuetudo recursus ad Regem pro violentiis excludendis comprobatur.
- 20 Regni Gothorum initium in Hispania, ab Atalapho derivatur.
- 21 Gothi infecti Ariana labe, Ecclesiam potius concubabant, quam colebant.
- 22 Ricardus Regnum universum Hispanie ad orthodoxam fidem restituit.
- 23 Gundemarus observantiam immunitatis in Hispania primus lege firmavit.
- 24 Ab eodem tempore derivatur consuetudo propriandi violentias per nostros Reges.
- 25 Textus in capite filii, vel nepotibus 31. 16. questione 7. expeditar.
- 26 Hic Textus despiciens fuit à Concilio IX. Toletano cuius auctoritas magna est.
- 27 Pater Diana hanc Textum interpretando, variis evasione excogitatis que refelluntur.
- 28 Nulla ex solutionibus Diane excludit consuetudinis comprobacionem.
- 29 Futilis argumentum desumptum, ex eo quod nunquam violentie in actu pratico reperiuntur, dissolvitur.
- 30 Doctores Regnum Castellæ hanc præsum comprobantes allegantur.
- 31 Aliorum Regnum Auctores, hanc sententiam approbantes, traduntur.
- 32 Praefules, & viri celeberrimi Ecclesiastici Ordinis, hanc sententiam tenentes, annumerantur.
- 33 Rota Romana Decisiones, hanc obseruantiam